IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175 Seite 11r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26352
Copyright: Admont, Benediktinerstift



brachio excelso de terra egypti. et licet sig
na et prodigia magna. et decem plage grauissime
facte sint in egypto. non tamen pharao extinctus
est donec persequens eos cum curribus et equitibus sub
mersus est in mari rubro. et hec omnia que illic
uisibiliter gesta leguntur. non incongrue ut opi
nor glossa in dominice ascensionis prefigurare
uidentur. licet tempore natiuitatis. pas
sionis et resurrectionis xpi multa facta
sint signa et prodigia. que spirituali illi pha
raoni aduersa nimis et contraria fuerint. per
que regnum et potestas eius magna ex parte
minorari et turbari ceperit. non dum tamen ex
toto prostratus et deuictus occubuit. donec
amicam illam. animam uidelicet uel humanitatem
xpi una cum multitudine sanctorum secum ascen
dentium gloriosa equitatu celos penetrare uidit.
Tunc enim ut ita dicam. letali gladio inuidie.
mortaliter occisus est. quando natura illa. que ip
so suggerente. ipso decipiente expulsa de
paradyso audiuit. terra es et in terram ibis. non
solum in paradysum rediit. uerum etiam in
ipso creatore suo. super omnes choros angelorum